

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3812

**Auteur(s) :** Robert Hostiarius, Verneuil-sur-Avre (bailli)

**Auteur(s) :** Raoul, Verneuil (vicomte)

**Bénéficiaire(s) :** Pierre de la Broce, Langes (seigneur), Damville (seigneur)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1276, juillet

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert Hostiarius, bailli de Verneuil, et Raoul, vicomte de Verneuil, notifient l'accord fait entre les tenanciers de Charnelles et Pierre de la Broce, seigneur de Langes et de Damville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 875, p. 206-208.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus Hostiarius, ballivus Vernolii, et Radulphus, vicecomes Vernolii, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia personaliter constituti Rogerus de Medietaria, Guillelmus prepositus de Charnellis. Rogerus Prepositus, Gilebertus Beloti, Guillelmus de Medietaria, Dyonisius de Pertica suspensa, Matheus de Pertica suspensa, Symon de Medietaria, Gilebertus de Pertica suspensa, Nicholaus de Pertica suspensa, et Richardus de Pertica suspensa, recognoverunt in jure, unanimi assensu et voluntate propria ad hoc inducti, ut dicebant, se accepisse et tenere a nobili viro Petro de Brocia, domino Langesii et Danville, omnes terras et redditus quos idem Petrus habebat, possidebat et percipiebat, ex quacunque causa, in territoriis de Pertica suspensa et de Medietaria in parrochia de Charnellis, cum herbergamentis et edificiis ibidem existentibus, habendos ab eisdem hominibus et heredibus seu successoribus eorum, tenendos et possidendos, ex nunc in perpetuum, libere, pacifice, absolute et quiete, pro centum et duabus libris et decem solidis turonensis eidem Petro et suis heredibus ac successoribus reddendis annis singulis apud Danvillam duobus terminis, scilicet medietate ad festum Sancti Remigii et alia medietate ad Pascha ; et pro ipso redditu dictus Petrus, ut dicebant, exoneravit eos et quittavit in perpetuum et eorum heredes seu successores, quoad terra, redditus seu possessiones superius et inferius nominatas, omnes et singulas, de omnibus costumis, precariis, corveis, reparagiis motarum seu fossatorum, admenagis merreni aliorumque necessariorum ad herbergamentum domini faciendum seu reparandum, et exactionibus indebitis, ac bienniis quibuscumque ; quem siquidem redditum predicti homines et eorum heredes ac successores tenentur solvere dicto Petro, heredibus ac successoribus suis, vel eorum mandato, apud Danvillam, predictis terminis annuatim, quilibet pro rata sua, in hunc modum, videlicet pro terris sibi de novo traditis a dicto Petro, et corveis ac precariis et costumis, bienniis et aliis predictis, que exinde possent exigi vel debent : scilicet Rogerius de Medietaria, pro sexdecim accris et triginta et quinque perticis terre, octo libras sex solidos quatuor denarios et obolum ; Guillelmus prepositus de Charnellis, pro decem et novem accris sexaginta et tredecim perticis terre decem libras duos denarios et obolum ; Rogerus Prepositus, pro tribus accris triginta tribus perticis, triginta tres

solidos ; Gilebertus Beloti, pro viginti duobus accris et quinquaginta quatuor perticis, undecim libras novem solidos septem denarios et obolum ; Guillelmus de Medietaria, pro duodecim accris et dimidia sexaginta septem perticis et dimidia, sex libras tredecim solidos novem denarios et obolum ; Dyonisius de Pertica suspensa, pro viginti sex accris quinquaginta et quinque perticis et dimidia, tredecim libras undecim solidos et quinque denarios et obolum ; Matheus de Pertica suspensa, pro viginti quatuor accris quinquaginta quatuor perticis, XII libras X solidos VII denarios et obolum ; Symon de Medietaria, pro dimidia accra et XX perticis, sex solidos sex denarios et obolum ; Gilebertus de Pertica suspensa, pro XX duabus accris LXXV perticis, XI libras et XI solidos ; Nicholaus de Pertica suspensa, pro XVI accris et dimidia et V perticis, VIII libras X solidos et unum denarium ; Richardus de Pertica suspensa, pro XV accris XIV perticis et dimidia, VII libras XV solidos V denarios. Item prenominati Gilebertus, Matheus, Dyonisius, Nicholaus et Richardus de Pertica suspensa pro tribus accris LXXV perticis, quas communiter ceperunt in frondo tenendas vel partiendas inter ipsos equis portionibus, si voluerint, triginta duos solidos et unum denarium, quorum quilibet eorum tenetur solvere pro rata sua sex solidos et V denarios. Residuum vero redditus, scilicet octo libras et X solidos et tres denarios turonenses, ut omnes predicti homines asserebant coram nobis, tenentur solvere dicto Petro et heredibus ac successoribus suis pro terris et aliis hereditatibus traditis et feodatis retroactis temporibus, et pro libertatibus earum sibi, ut dictum est, a dicto Petro concessis et traditis, hii quorum nomina subsequuntur et eorum heredes successive videlicet : Guillelmus de Cuisinaio, pro duobus accris XXXIII perticis et dimidia, XI solidos et novem denarios ; Nicholaus de Pertica suspensa, pro septem accris et dimidia et XLIX perticis, XXXIX solidos et duos denarios et obolum ; Richardus de Pertica suspensa, pro septem accris XLIX perticis, XXXVIII solidos et V denarios et obolum ; Robertus de Rohiere, pro tribus accris et dimidia et X perticis et dimidia, XVII solidos VII denarios et obolum ; Dyonisius de Pertica suspensa, pro VII accris XX et una perticis, XXXV solidos et tres denarios ; Guillelmus Bonin, pro V accris cum herbergamento, V solidos ; Rogerus Prepositus, pro una accra, V solidos ; Matheus de Pertica suspensa, pro XIII accris, X denarios ; Gilebertus de Pertica suspensa, pro XIII accris XXI perticis, duos solidos et unum denarium ; Symon de Medietaria, pro IX accris LXVII perticis, VII solidos et sex denarios ; Matheus de Medietaria, pro IX accris LXVII perticis, VII solidos VI denarios ; Matheus Le Testu, pro VI accris II denarios ; et Johannes Le Testu, pro VI accris, II denarios. Qui vero predicti homines omnes et singuli, mensura dictarum terrarum superius expressa contenti fuerunt, et eandem mensuram approbarunt et gratam habuerunt, coram nobis promittentes se pro defectu masure supradicte nihil in posterum reclamatueros vel retenturos, aut diminuturos summam reddituum predictorum vel aliquid de eisdem. Recognoverunt insuper coram nobis prenominati Rogerus de Medietaria, Guillelmus Prepositus, Rogerus Prepositus, Gilebertus Beloti, Guillelmus de Medietaria, Dyonisius et Matheus de Pertica suspensa, Symon de Medietaria, Gilebertus, Nicolaus et Richardus de Pertica suspensa, quod ipsi tenentur terras sibi de novo traditas, ut dictum est, a dicto Petro, quilibet pro portione sua meliorare et emendare infra triennium vel in edificiis ibidem construendis vel alio modo, que melioramenta manifeste appareant, scilicet unamquamque bovatam ipsarum terrarum ad valorem XX librarum Turonensium ; et quod ipsi seu aliquis eorum non poterunt dimittere vel reddere in manu domini feodantis terras sibi de novo traditas, ut dictum est, nisi appareat melioramentum in ipsis consistere usque ad valorem pretaxatum, secundum quod ad portionem illius qui dimittere voluerit videbitur pertinere, considerata estimatione valoris predicti et quantitate terre quam dimiteret in futurum ; asserentes eciam iidem homines, quod dictus Petrus prefatis Matheo, Gileberto, Nicholao et Ricardo de Pertica suspensa duas accras terre in dicto territorio de Pertica suspensa, ad ipsos herbergandos, et heredibus eorum liberas et quietas dimisit et concessit, tali modo quod, si ibidem herbergamenti non construxerint, eas nichilominus habebunt. Hoc etiam adjecto, ut dicebant, quod, si contigerit in posterum memoratum Petrum aut heredes aut successores ipsius molendinum aliquod acquirere vel habere prope territorium predictum, quod non distet a dictis territoriis ultra leucam et dimidię, poterunt ipsi Petrus et heredes ac successores sui ipsos homines, heredes ac successores eorum compellere ad molendum per bannum ad illud molendinum post bladum tremeie ac si essent advenientes, solvendo dimidię moltam in illo molendino tantummodo, ita quod ad solvendum moltam sicciam seu ad faciendum fessentias aut biennagia, vel admenagia, biennia, reparagia predicta, seu charreia merrenorum vel aliorum necessariorum herbergamenti dominorum, seu aliquas exactiones indebitas quoquomodo, salvis, ut dicebant dicti homines, et retentis dicto Petro et suis heredibus et successoribus in omnibus et singulis supradictis coertione et justitia omnimoda, tam pro dictis redditibus exigendis quam in aliis casibus quibuscumque, releveis quoque, auxiliis, forifactoris, emendis et expletis ac aliis juribus suis necnon juribus capitalium dominorum ; dictis tamen libertatibus prefatis hominibus, ut dictum est, concessis in suo robore perpetuo duraturis. Ad hec autem omnia et singula servanda et adimplenda, prout superius sunt expressa, que homines predicti, qui, ut dictum est, fuerunt coram nobis in jure presentes recognoverunt esse vere et concorditer inter ipsos et dictum Petrum

taliter esse acta, astrinxerunt in jure coram nobis et expresse obligarunt se et heredes et successores suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura, ubicumque et in quibuscumque fuerint inventa, dicto Petro et suis heredibus et successoribus et causam ab eis habituris. Et ut premissa rata et stabilia permaneant in futurum, presentibus litteris, ad petitionem dictorum Rogeri, Guillelmi, Rogeri, Gileberti, Guillelmi, Dyonisii, Mathei, Symonis, Gileberti, Nicholai, Richardi, sigilla ballivie et vicecomitatus Vernolii, una cum sigillis eorumdem, duximus apponenda, in predictorum omnium memoriam et munimen. Actum anno Domini M° CC° LXX° VI°, mense julio.